



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Imitatione Christi**

**Thomas <von Kempen>**

**Antverpiae, 1607**

Quòd omnia ad Deum, sicut ad finem vltimum, sunt referenda. 9

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48701](#)

## CAP. IX.

*Quod omnia ad Deum, sicut ad finem ultimum, sunt referenda.*

1 **F**ili, † ego debedo esse finis tuus su- Domi-  
nus.  
premus & ultimatus, si verè desi-  
deras esse beatus. Ex hac intentione  
purificabitur affectus tuus, sàpiùs ad  
seipsum & ad creaturas, malè incurua-  
tus. Nam si te ipsum in aliquo quæris,  
statim in te deficis & arescis. Omnia  
ergo ad me principaliter referas, quia  
ego sum, qui omnia dedi. Sic singula *Eccles. 1.*  
considera, sicut ex summo bono ma-  
nantia: & ideo ad me, tamquā ad suam  
originem, cuncta sunt reducenda.

2 Ex me pusillus & magnus, pauper  
& diues, tamquā ex fonte viuo, aquam *Ioan. 4.*  
viuam hauriunt: & qui mihi spontè,  
& liberè deseruiunt, gratiam pro gratia  
accipient. Qui autem extra me voluerit *1. Co. 1.*  
gloriari, vel in aliquo priuato bono  
delectari, non stabilietur in vero gau-  
dio, neque in corde suo dilatabitur,  
sed multipliciter impedietur & angu-  
stiabitur. Nihil ergo tibi de bono ad-  
scribere debes, nec alicui homini vir-  
tutem

tutem attribuas: sed totum da Deo,  
 1. Co. 4. sine quo nihil habet homo. Ego totum  
 dedi, ego totum habere volo: & cum  
 magna distinctione, gratiarum actiones  
 requiro.

3 Hæc est veritas, qua fugatur gloriæ  
 vanitas. Et si intrauerit cælestis gratia,  
 & vera charitas, non erit aliqua inuidia,  
 nec contractio cordis, neque pri-  
 uatus amor occupabit. Vincit enim  
 omnia diuina charitas, & dilatat om-  
 nes animæ vires. Si rectè sapis, in me  
 solo gaudebis, in me solo sperabis:  
 Mat. 19 quia nemo bonus, nisi solus Deus, qui  
 & Luc. 18. est super omnia laudandus, & in om-  
 nibus benedicendus.

## Cap. x.

*Quod spredo mundo, dulce est  
 seruire Deo.*

Seruus. **N**Vnc \* iterum loquar Domine, &  
 non silebo; dicam in auribus  
 Dei mei, Domini mei, & regis mei, qui  
 Ps. 30. est in excelso. O quam magna multi-  
 tudo dulcedinis tuæ Domine, quam  
 abscondisti timentibus te? Sed quid  
 es amantibus? quid toto corde tibi  
 seruien-